



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Analysis Methodica Ivris Pontificii

Venator, Daniel

[S.I.], 1579

VD16 V 541

De Clericis Peregrinis. Titulus XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63204)

Quæ Causæ prohibendi?

Causæ prohibendi bigamis Ordines secundum Hostiensem, sunt quatuor, 1. Propter defecum sacramenti vñionis: cùm carnem suam in plures diuiserit, 26. dist. c. acutiūs. 2. Propter prærogatiuam Ordinis, c. vna, dist. 26. 3. Propter signum incontinentię: cùm, uxore mortua, aliam duxerit, c. proposuisti, dist. 82. 4. Ex eo, quod frequentator coniugiorum non habeat frontem viduitatem hortandi, d. c. vna, dist. 26.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

Titulus XXII.

Quis dicitur Peregrinus?

Clericus peregrinus dicitur, qui in remotis regionibus, extra prouinciam, ordinatus est: is si ordinationem suam quinque Episcoporum sigillis probare non poterit, ad administrationem sacri ministerij, etiamsi se ordinatum iuret, non admittitur.

Quæ causa prohibitio-
nis?

Causa prohibitionis est, præsumptio, que cōtra ipsum militat, non esse ipsum Ordinatum, vel per saltum suscepisse Ordines.

Quis

*Quis dicitur Ordinatus per
saltum?*

Per saltum Ordinatus dicitur, qui vel ex negligentia, vel superbia, prætermisis aliquibus gradibus, ad maiores confugerit Ordines, c. quod verò, &c. *sollicitudo, dist. 52.*

DE OFFICIO ARCHI-
diaconi.

Titulus XXIII.

Continuatio.

Duo sunt Prælatorum generæ: quidam in Episcopatu constituti, magna potestate & reuerenda dignitatis præminentia clari: alij autem maioribus subsunt, & in Ecclesiæ ministerio deseruiunt, vicemq[ue] maiorum, si ipsi præesse non possint, subeunt. Quorum inferiorum cuilibet officium suum, ordine & gradibus præminentiae obseruatis, assignatur.

Archidiaconus qui dicitur?

Archidiaconus est, vicarius proximus Episcopo, omnem sollicitudinem & curam, tam in clericis, quam in Ecclesijs eorum, cognitionemque & ordinariam iurisdictionem habens, c. i. extr. de off. Archidia.

Quod est officium Archidiaconi?

Officium Archidiaconi est, omnia Ecclesiastica